


Leges statutae reipublicae Sancti Marini.pdf/45



Exported from Wikisource on October 1, 2024

Haec pagina nondum emendata est

STATUTORUM

manibus, vel Camerarij nostri recipere talem portionem poenae, et non ab alijs, etc.

Residebit ipse Dominus Commissarius continue in Terra Sancti Marini in domo , et Palatio eidem deputando , nec se dicta nostra Terra, ac ejus districtu se absentabit, sine licentia Dominorum Capitaneorum , et nostri generalis Consilij sub poena librarum vigintiquinque denariorum , etc.

Finito vero ejus ofncio , tam ipse , quam ejus Cancellarius stabunt ad Syndicatum, usque ad nnem dictiSyndicatus, coram Dominis Syndicatoribus eligendis iuxta formam , et tenorem decreti statuti loquentis de Syndicatu Capitaneorum, et ceterorum Officialium , in quo Syndicatu rationem reddere teneantur de omnibus , et singuiis per eos gestis , et factis, durante eorum officio, tam in eo exercendo, quam de alijs extra officium, cum idoneis fidejussoribus, et a sententia dicti Syndicatus non appellabunt, nec reclamabunt. Et Domini Capitanei non possint eis concedere litteras testimoniales eorum bonae administrationis, nisi prius per eos obtenta sententia absolutoria a Syndicatoribus, sub poena scutorum decem pro quolibet dictorum Capitaneorum, et dictas litteras consribente, vel dictante, etc. Recipiet autem dictus

Commissarius per manus nostri Camerarij pro quolibet mense salarium, et mercedem taxatam in notula capitulorum eidem transmissa, seu transmittenda , nec non omnia alia , et singula emolumenta in dictis capitulois contenta , secundum illorum formam , et tenorem. Sed quia nil certius morte , et nil incertius ejus hora, si forte, quod Deus avertat, illum mori contigerit in hac nostra Terra, non completo tempore conductionis suaे , tali casu de salario sibi in notula capitulorum promisso, ei, vel heredibus suis, nil ultra debeatur, nisi pro rata temporis, quo operas suas effectualiter illum praestitisse repertum fuerit , etc.

Debeat etiam dictus Dominus Commissarius , qui nostrae Terrae Commissariatus officium suscepereit , seque ad illud exercendum in hac nostra Terra contulerit, officio suscepto, statim capitula nostra eidem transmissa coram Dominis Capitaneis exhibere subscripta manu sua propria , eaque penes eos relinquere , ac ulterius in libris capitulorum ea registrari omnino curare, et facere retenta sibi copia si eam habere voluerit, etc.

Pro mercede vero Cancellarij nostrae Communitatis scriptoris , et registratpris litterarum patentium , et capitulorum , solvere debeat scutum unum aureum , tam in ingressu ejus officij , quam pro qualibet confirmatione , sive pro quolibet semestri etc.

Et in die festivitatis S. Marini Protectoris nostri solvere debeat

paulum unum argenteum , in manibus Massariorum dicti
Sancti

About this digital edition

This e-book comes from the online library [Wikisource](#)^[1]. This multilingual digital library, built by volunteers, is committed to developing a free accessible collection of publications of every kind: novels, poems, magazines, letters...

We distribute our books for free, starting from works not copyrighted or published under a free license. You are free to use our e-books for any purpose (including commercial exploitation), under the terms of the [Creative Commons Attribution-ShareAlike 3.0 Unported](#)^[2] license or, at your choice, those of the [GNU FDL](#)^[3].

Wikisource is constantly looking for new members. During the realization of this book, it's possible that we made some errors. You can report them at [this page](#)^[4].

The following users contributed to this book:

- Mizardellorsa

1. ↑ <https://wikisource.org>

2. [↑ https://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0](https://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0)
3. [↑ https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html](https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html)
4. [↑ https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium](https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium)